



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

81. Prælatorum nomine qui comprehendantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

in Constitutione Pontificia habetur in Clem. 1. de supp. neglig. Prælat. Wamef. conf. 65. mem. 4. de iudicia, vol. 1. id quod Joannes de Imola à negligentia extendit ad pleraque alta in d. Clem. 1. num. 8. plura sub hac re videantur apud Wamef. d. conf. per totum, & quæ scriptum 2. part. 1. §. 6. nu. 74.

QUESTIO LXXXI.

Prælatorum nomine qui comprehendantur.

Præcedenti quæstione facta mentio Prælatorum viam nobis aperit ad hanc, qui Prælatorum nomine comprehendantur: imprimis comprehenduntur Abbates, quære dicantur Prælati, & ordinarii. cap. nullus monachus cap. nullam potestatem 18. quest. 2. cap. ne pio defectu §. statimus cum gloss. vers. Regularis de elect. Deinde, Prælatorum appellatione veniunt, quotquot Jurisdictionem ordinariam habent, ut sunt Decani, Præpositi, Archid. Archipræsbyteri, & alii inferiores, jurisdictionem ordinariam habentes. cap. decernimus ibi Abbas, Felix. de iudicis. Mandos. in Reg. Cancellaria Reg. 26. quest. 6. n. 4. & 5.

QUESTIO LXXXII.

Personæ miserabiles, an vocare possint Exemptos in ius coram miserabilium personarum Judicibus?

Alio in loco lib. 4. quest. 108. quærivimus, an exempti vocare possint in ius personæ miserabiles coram Judicibus Exemptorum, hic quæro, quid in casu converso, utrum personæ miserabiles vocare possint Exemptos coram personarum miserabilium Judicibus propriis? breviter respondeo non posse; quia licet miserabiles personæ possint certis ex causis iudicem eligere, non tamen possint eligere iudicem incompetentem, Afflic. dec. 257. Denique, quod statuitur, miserabiles personæ habere ius eligendi iudicem Rei, procedit, quando reus habet plures iudices de jure communi, & alium ex privilegio, sibi & Actori tributo, tunc eligens forum, secundum jus commune præfertur eligenti forum, secundum Privilegium, Afflicus d. dec. 257. nu. 6.

QUESTIO LXXXIII.

Personæ miserabiles, an de feudali causa litigare debeant coram paribus Curie.

Henricus à Rosendall insignis feudologista, censuit miserabilem personam feudali spoliatam, aut interturbatam, conqueri posse non coram Curie paribus, sed Ppp 2